

CAP. II.

Vers. i.

Yπὲρ τῆς παρουσίας) de adventu, i. e. quantum ad adventum at-
tinet. על הכוונה

2. Ὡς ὅτι) tanquam si, quasi.

4. Ὡς) ita ut, adeo ut.

6. Κατέχειν) remorari, occupare.

7. Mysterium enim iniquitatis jam incipit operari: vocatur autem iniquitas Anti-Christi mysterium κατὰ δόξαν, eò quòd à cæcis hominibus tale creditur, & instar mysterii in magno honore est.

12. Εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ) יצאנו ברוח

14. Εἰς ὃ) ad quod, secundum quod i. e. quo fine, vel quandoquidem. באשר

CAP. III.

Vers. 2.

UT liberemur ab importunis iisque malis hominibus, scil. Ethnicis, præsertim Atheniensibus insectantibus nos & nostram doctrinam, *neque enim fides omnium est*, sed cui Deus lumine gratiæ suæ affulget, ut verbo veritatis fidem habeant: illa autem gratia negatur talibus importunis & perversis hominibus.

11. Περιεργάζεσθαι) curiosum esse, scil. in alienis rebus, non in propriis.

IN I. EPIST. AD TIMOTHEVM.

CAP. I.

Vers. i.

ET) h. l. exegeticum.

4. Ellipsis apodoseos, scil. ita adhuc moneo, v. 3.

5. *Finis*) ἄντικλιος scil. internus totius S. Scripturæ propinquior est fides salvifica, illa verò ulterius ordinatur ad charitatem in Deum & proximum, ceu proprium & immediatum effectum

T 2

fidei.